

nam Religiosorum praefixam exemptionem recuperavit. Ad quartum, Cum contra dictum Religiosum non solum causa, sed etiam persona sit praevienta eo tempore, quo Conventus erat subiectus iurisdictioni Episcopi & exemptio superveniens non invenit eum liberum utique Episcopum tanquam Sedis Apostolicae delegatum posse huiusmodi causam tempore habili inchoatam prosequi etiam post exemp-

tionem & eundem Religiosum condemnare & punire etiam poena corpora afflictiva.

V. Card. Carpineus.

F. Fagnanus Secr.



DE CONSECRATIONE ECCLESIAE VEL ALTARIS.

Gregorius IX. Astoricen. Episcopo.

CAPUT IX.

Qua per Episcopum benedicta, Ecclesiam reconciliari posse per alium Episcopum non negamus, per sacerdotes simplices hoc fieri de caetero prohibentes, Non obstanti consuetudine provinciae Bracaren. (quae dicenda est pontis corruptela) quia licet Episcopus committere valeat quae iurisdictionis existunt; quae ordinis tamen Episcopalis sunt, non potest inferioris gradus Clericis demandare. Quod autem mandantibus Episcopis, super reconciliatione factum est hactenus per eandem, misericorditer toleramus.

SUMMARIUM.

- 1 Ecclesia polluta per Sacerdotem simplicem reconciliari non potest, etiamsi aqua fuerit per Episcopum benedicta.
2 Delegari possunt ab Episcopo Clericis etiam minoribus quae sunt iurisdictionis, non autem quae sunt ordinis.
3 Consuetudo potest plurimum in his quae sunt iurisdictionis, sed in his quae sunt ordinis nihil potest.
4 Iurisdictionis sine ordinaria, siue delegata solo verbo committitur & revocatur, potestas ordinis secus.
5 Papa potest committere quae sunt ordinis etiam non Episcopo.
6 Reconciliatio Ecclesiae pollutae si sit consecrata non facit committitur a Papa simplicibus Sacerdotibus.
7 Episcopatus est ordo.
8 Abbas Presbyteri & benedicti de Episcopi consensu, vel cum specialibus eius dimissis an possunt tonsuram, & minores ordines conferre secularibus eidem Episcopo subiectis, & n. seq. usque ad n. 20.
9 Congregationis Concilii declaratio a quorundam impugnacionibus vindicatur.
10 Potestas duplex requiritur ad ordines conferendos.
11 Abbas Presbyteri & benedicti quoad non subditos caret potestate iurisdictionis, sed non potestate ordinis & ideo ordinando illos imprimit caracterem & n. seq.
12 Concilii Tridentini decretum in cap. 10. sess. 23. expenditur.
13 Episcopi titulares possunt ordines conferre de licentia Episcopi Diocesani.
14 Episcopi potest alteri Episcopo ea quae sunt ordinis demandare.
15 Abbas invitatus potest tonsuram & minores ordines conferre etiam subditis alterius Monasterii.
16 Lex nova disponens in materia antiqua recipit interpretationes & limitationes, quas materia ab antiquis legibus recipiat.
17 Rota decisio de Abbatis ordinantibus saeculares cum dimissis Episcopi quoad.

- 18 Abbas qui sine Episcopi consensu contulit tonsuram & minores ordines regularibus alterius Religionis dimissis a suis Superioribus incidit in poenam suspensionis ab exercitio Pontificalium & sic ordinati sunt suspensi ab executione ordinum.
19 Ordinati a non habente potestatem non sunt suspensi, sed iterum ordinandi.
20 Degradatio Clericorum an possit demandari ab Episcopo Abbatis, Presbyteri & benedicti.
21 Degradatio est ordinis Episcopalis.
22 Mucro spiritalis est daplex.
23 Deposito ab ordine ad eum spectat ad quem spectat ordinatio.
24 Declaratur num. seqq.
25 Spiritualia facillime destruantur. quae destruantur.
26 In Degradatione Presbyteri olim sex Episcopi erant adhibendi tres in degradatione Diaconi vel Subdiaconi.
27 Deposito verbalis ab ordinibus etiam factis fieri potest ab Episcopo tam per scriptum, quam per ejus generalem Vicarium.
28 Degradatio sollemnis fieri potest ab Episcopo per scriptum adhibitis tamen sex Abbatibus usum mitrae & baculi habentibus.
29 Vel alius personis Ecclesiasticis etiam non Diocesanis, si Abbates commode interesse non possint, & n. 33.
30 Degradatio post Concilium Tridentinum fieri potest ab Episcopo, aliis Episcopis non adhibitis, non solum in casu haerese, sed etiam in aliis criminibus in quibus ad actualem degradationem sit procedendum.
31 Laici quantumvis graves non possunt hodie degradationi assistere, sicut poterant de jure communi in casu haerese.
32 Praelati Regulares Ordinum Mendicantium non dicuntur in dignitate Ecclesiastica constituti, quoad hoc ut possint actualem degradationem assistere.
33 Abbas non debet interesse examini, vel processui degradationis, sed tamen actuali degradationi assistere, ut assisteret.

de causis iudicare, instituire, beneficia conferre & omnia alia quae assecutus est Episcopus in confirmatione, c. Transmissam supra de elect. nihil enim habet Episcopus quod sit meri imperii, quod non sit delegabile, ut hic glossa in cap. Per venit 95. dist. quoniam dicit singulariter Abb. hic num. 3. Ea vero quae sunt ordinis Episcopalis committi non possunt ab Episcopo Clericis inferioris gradus, id est non Episcopis ut consecratio Virginum ordinatio Clericorum; consecratio Ecclesiarum & similia de quibus in cap. Quoniam, 68. dist.

De Consecr. Eccles. vel Altar. c. Aqua.

Ita hanc regulam ponit textus hic & glossa in d. c. Per venit prope finem, Anton. de Butr. hic numer. 3. & 4. Petr. de Anchar. n. 4. & Abb. n. 2. Similem regulam ponunt Doctores; & in specie Butr. n. 12. in c. Quanto, supra de consuet. id est consuetudinem posse plurimum in his quae sunt iurisdictionis, sed in his quae sunt ordinis nihil posse. Unde hic consuetudo qua simplices Sacerdotes de mandato Episcopi reconciliabant Ecclesias pollutas improbat tanquam corruptela. Et sic censetur subfata etiam sit temporis cuius initium non extet memoria in contrarium ut scripsi plene in eod. cap. Quanto. Rationem vero differentiae cur ea quae sunt iurisdictionis possint inferioribus delegari ab Episcopo non autem ea quae sunt ordinis optime assignat glossa hic in ver. Iurisdictionis, quia scilicet iurisdictionis sola voluntate, & verbo committitur siue delegata fuerit, siue ordinata & revocatur, c. Super questionem, §. Intentioni & §. Porro supra de offic. deleg. l. Iudicium, §. De Judic. Collatio vero Sacramentorum non confertur sola voluntate vel verbo, imò factio opus est, quia necessaria est visibilis unctio, & exterior quae est signum interioris unctio in corde c. Unico, supra de Sacr. Unct. quae perpetua est & amitti non potest, licet executio quandoque suspendatur c. Quod quidam vers. Si forte milita 1. q. 1. Et hoc innuit Abb. Anag. hic n. 1. dum dicit, licet ea quae sunt iurisdictionis possint Episcopo inferioribus demandari, non tamen ea quae sunt ordinis Episcoporum inhærent, quae scilicet non sola voluntate aut verbo, sed per consecrationem confertur & Holt. n. 2. dum reddit rationem huius differentiae, quia ordo inquit non per commissionem, sed per manus impositionem transferitur, d. c. unico supra de Sacram. Unct. & c. fin. de Sacram. non iterum. Hoc ipsum docuit Sanctus Thomas in 2. 2. q. 39. art. 3. dicens potestatem Sacramentalem esse quae per aliquam consecrationem confertur. Et hanc remanere in homine qui eam per consecrationem accepit adeptus quamdiu vivit; potestatem vero iurisdictionalem esse quae ex simplici inunctione hominis confertur; & ideo non immutabiliter adheret.

Procedunt tamen haec in Episcopo qui non potest ea quae ordinis Episcopalis sunt demandare, nisi constituto in ordine Episcopali; Papa vero potest ea committere etiam inferioribus Sacerdotibus, ut de minoribus Ordinibus patet in cap. Quoniam 69. dist. in c. Cum contingat de atar. & qualib. & in c. Abbas de privi. in 6. de Sacramento Chrilismatis est textus in d. c. Per venit 95. dist. Et tradunt omnes in c. Quanto supra de consuet. & dicit latè in d. c. unico, §. Per frontis, supra de Sacram. Unct. & de reconciliatione Ecclesiae pollutae tradit hic Innoc. ubi dicit se ante adividisse Papam pluribus Episcopis indulgentiam, ut per simplices Sacerdotes possent reconciliare Ecclesias, aqua tamen prius per Episcopum benedicta. Verum Clemens Papa IV. ut subdit Holt. in fine hoc de facili non concedebat, nisi de Ecclesiis nondum consecratis, de quo remittit ad id quod legitur & notatur infra in cap. pro. an autem Papa possit committere non Episcopo ut consecr. Ordines Sacros, dixi in d. c. Quanto num. 4. de consuet.

Secundo nota Episcopatum esse Ordinem, ut hic patet in verbo Ordinis Episcopalis. Unde secundum Holt. n. 1. Taceant qui dicunt in Ecclesia Dei non esse nisi septem Ordines, nam & tonsura Ordo est & Episcopatus Ordo est, ut hic aperte probatur de Episcopali. De prima tonsura & de omnibus aliis probatur & notatur plene in c. Cum contingat, supra de atar. & qualib. Haec est unanimitas Canonitarum ferè omnium sententia, & a qua tamen discrepant Theologi qui tenent primam Tonsuram & Episcopatum non esse Ordines proprie. De Tonsura scripti latissime in dicto capite Cum contingat & de Episcopatu in capite primo de Ordinari. ab Episc.

Quero, an Episcopus possit committere Abbati Presbytero & benedicto, ut primam tonsuram & minores Ordines conferat saecularibus ipsius Episcopi iurisdictioni subiectis.

Hanc dubitationem jam pridem fulsit Sacra Congregatio Concilii in causa Bonnonien. censuit enim Abbates postquam Ordinem Sacerdotalem & munus benedictionis susceperint, posse tamen & minores Ordines saecularibus Episcopi iurisdictioni subiectis conferre, si modo ipsius Episcopi consensus accedat; ique pro fe quicquid ex eodem Episcopo litteras dimissorias impetaverint, ita ut factis non sit id generatim ab Episcopo fuisse concessum, sed hac semper concessione singularis opus sit. Possit inde eodem Ordine conferre alius Regularis qui litteras dimissorias speciales suorum Superiorum nec non specialem consensum Episcopi loci habuerint, ac praeterea alius saecularibus subditis aliorum Episcoporum, dum tamen & ipsi attulerint speciales dimissorias suorum Ordinariorum & consensum specialem Episcopi loci.

Verum huius declarationis veritatem in dubium revocant moderni Collectores in c. Cum contingat supra de atar. & qualib. eamque impugnant hoc fundamento, quod cum Decreto Concilii Tridentini in c. 11. sess. 23. (Statutum sit ut

Abbatibus &c. non liceat imponere cuicumque qui Regularis subditus sibi non sit, tonsuram vel minores Ordines conferre nec litteras dimissorias aliquibus Clericis saecularibus, ut ab aliis ordinentur concedere &c. non obstantibus quibusvis privilegiis, praescriptionibus aut consuetudinibus etiam immemorabilibus) supra dicta decisio videatur pugnare cum illis verbis Concilii (cuicumque qui Regularis subditus sibi non sit) Quae verba dicunt excludere saeculares etiam subiectos Abbatibus & in quos ipsi Abbates habent ordinariam iurisdictionem & multo magis subditos alterius habentes litteras dimissorias ad recipiendos Ordines etiam ab ipsis Abbatibus; & ob eandem rationem dicunt praedicta verba excludere Regulares non sibi subditos, etiam si speciales dimissorias suorum Superiorum & specialem consensum Episcopi loci obtinuerint, quia neque in hoc casu asserunt eam dacionem sufficere posse, cum Concilium exigit ut is cui Abbas vult Ordines conferre sit Regularis sibi subditus.

Sed his non obstantibus tu adhaereas decisioni, quae habetur in libro publici Sac. Congregationis super c. 5. sess. 6. Unde de illius veritate ambigi non potest & referatur etiam, licet corrupte ab Azor. insti. moral. part. 1. lib. 12. c. 2. q. 1. & Stephan. Quaranta in summa Bullarum, verbo Ordo, verbi Abbatis & quod spectat ad Decretum Concilii in d. c. 10. sess. 23. Observa diligenter ad Ordines conferendos requiri duplicem potestatem, videlicet potestatem Ordinis, quae per aliquam consecrationem confertur & potestatem iurisdictionis quae confertur simpliciter voluntate & verbo c. 2. q. 2. c. Nullus de Paroch. glossa hic in verbo iurisdictionis & declarat Sanctus Thomas in 2. 2. q. 19. art. 3. Ordinis potestatem assequuntur Abbates in actu solemniter benedictionis, quia benedictio huiusmodi largo modo dicitur consecratio & id proportionaliter praestat Abbatis quod consecratio Episcopi, ut dicit Butr. in d. c. cum contingat in 3. notab. n. 6. & Felin. in c. Inter Monasterium in princ. de re iudic. Intellige secundum ea quae dixi in c. 1. in 2. not. de suspens. neglig. Praelat. Potestatem vero iurisdictionis accipiunt Abbates in actu confirmationis etiam arte susceptum munus benedictionis, c. Nosti de elect. glossa in d. c. in verbo Substitutos. Oldrad. cons. 14. n. 4. & seq. Felin. in c. Meminimus in princ. de accusat. utriusque potestatis sit mentio in d. c. Quoniam 69. dist. & in d. c. Cum contingat de atar. & qualib. de potestate Ordinis hic dummodo de ipsi ab Episcopo secundum morem praeficiendorum Abbatum manibus in officio facta nascatur, id est fuerint solemniter benedicti, ut illic glossa & Doctores interpretantur. De potestate iurisdictionis hic dummodo in proprio Monasterio facienda, id est non in extraneo, ut exponit Holt. n. 6. in verbo In proprio Monasterio, glossa in d. c. Abbates in verbo convolverint de privi. in 6. Special. tit. de privi. n. 5. Ea enim verba ostendunt potestatem Ordinis, quam Abbates Presbyteri accipiunt in solemniter benedictione non debere in actu exte nisi quoad Monachos sui Monasterii, adde vel quoad saeculares in quos habent Episcopalem & quasi Episcopalem iurisdictionem iuxta textum in d. c. Abbates. Potestas quidem Ordinis spectat ad validitatem Ordinationis, nam sine illa nihil confertur, c. Presbyteri 68. dist. glossa praesallegata hic in verbo iurisdictionis, Lap. alleg. 149. n. 5. cum umbra quaedam ostendatur in opere, veritas autem non subest in effectu dicit textus in c. Quanto supra de consuet. Potestas vero iurisdictionis ad essentiam Ordinationis non pertinet, sed ad illius exercitium seu executionem & legitimum usum ejus, c. 1. & 3. 70. dist. Quia scilicet potestas Ordinis non debet exte in actu nisi secundum quod movetur a potestate Superioris. Sanctus Thomas ubi supra. Unde Abbas si sit Presbyter & benedictus ordinando sibi non subditum caracterem imprimit, sed Ordinis executionem non confert, quia scilicet non deest illi potestas Ordinis, sed tantum potestas iurisdictionis, ut post Boarrin. tenet glossa penultima & Doctores in d. c. Abbates de privi. in 6. Archid. Turcrem. & Praepos. in c. Quoniam 59. dist. Joan. Andr. & alii in d. c. Cum contingat supra de atar. & qualitate. Ac si Sacerdotalem Ordinem ac munus benedictionis non susceperit ordinando, nihil confert quia deest illi potestas Ordinis, d. c. Quanto de consuet. & not. in d. cap. Cum contingat. Holt. Joan. Andr. Butr. Abbas & caeteri omnes, Berthac. in tractatu de Episc. lib. 3. part. 2. n. 9. Silvest. in verbo Ordo 3. sub n. 2. vers. Simples vero Abbates, Rebuff. in praxi, tit. de Cleric. & a quib. & quom. n. 14. Dum vero Concilium in d. c. 10. sess. 13. ita ait ut Abbatis non liceat tonsuram vel minores Ordines conferre cuicumque qui Regularis subditus sibi non sit, ademit quidem Abbatis auctoritatem seu potestatem iurisdictionis quam habebat ad Ordines rite & recte conferendos respectu saecularium etiam sibi subiectorum.

Et ita in hoc derogavit dispositioni d. c. Abbates, sed non ademit aut limitavit ipsam potestatem Ordinis, quia haec potestas tanquam indivisibilis non recipit restrictionem nec potest pro parte auferri & pro parte non, ut latissime probavi in c. 1.

Qua. Ecclesia polluta per Sacerdotem simplicem reconciliari non potest, etiamsi aqua fuerit per Episcopum benedicta. Hoc dicit, & tria facit. Ponit dictum, damnat contrariam consuetudinem causam reddens & subdit praetertit tolerantiam. Secunda hic, non obstante, tertia hic, Quod astatem.

Nota ex hac Decretali insignem regulam in materia delegationis, videlicet ea quae iurisdictionis existunt etiam minoribus Clericis ab Episcopo demandari posse ut cognoscere



DE CELEBRATIONE MISSARUM, ET SACRAMENTO, EUCHARISTIE, ET DIVINIS OFFICIIS.

Ex Concilio Agathen.

CAPUT I.

Presbiter mandè, matutinali officio expleto, pensum servitutis suæ, videlicet Primam, Tertiam, Sextam, Nonam, Vesperamque persolvat, ita tamen, ut horis competentibus, juxta possibilitatem, aut à se, aut à scholaribus publicè compleantur. Deinde peractis horis, & infirmis visitatis, si voluerit exeat ad opus rurale junus, ut iterum necessitatibus peregrinorum & hospitum, sive diversorum commeanantium; infirmorum atque defunctorum succurrere possit, usque ad statutam horam, pro temporis qualitate, Propheta dicente; septies in die laudem dixi tibi, qui septenarius numerus à nobis impletur, si Matutini, Primæ, Tertie, Sextæ, Nonæ, Vesperæ. & Completorii tempore, nostræ servitutis officia persolvamus, nam de nocturnis vigiliis idem ipse Propheta ait: Media nocte surgebam, & cætera. Ergo his temporibus laudes Creatori nostro, super judicia suæ justitiæ referamus.

SUMMARIUM.

- 1 Horas Canonicas dicere tenentur Presbiter horis debitis et tamen ex causa permittitur, ut mane illas dicat usque ad vesperam inclusivè.
2 Matutinum debet inchoari media nocte & expleri mane.
3 Potest tamen dici de sero ex causa aliis scilicet.
4 Hora Canonice ex aliqua rationabili causa possunt infirmis dici usque ad vesperam inclusivè.
5 In horis Canonice dicendis satis est provenire, quam præcursari.
6 Cassante legitimo impedimento horis debitis sunt persolvende ita ut hora Officii respondeat hora dicit.
7 Debitur non potest provenire tempus solutionis quando dilatio apposta est creditoris gratia.
8 Agricultura operam dare Presbitero non est prohibita.
9 Hora Canonice an sint septem vel octo.
10 Vigilia nocturna que sint & quot & quibus temporibus dicantur.
11 Horas Canonicas dicere qui tenentur & num. seqq. usque ad num. 30.
12 Quid in Presbiteris.
13 Et quid in Diaconis & Subdiaconis & num. 19.
14 Et quid in Clericis Minorum ordinum beneficiatis, nam. 17 & num. seqq. usque ad num. 26.
15 Et quid in non beneficiatis, num. 26. & num. seqq.
16 Presbiteri nomen largè comprehendit etiam Diaconos & Subdiaconos.
17 Sed non alios Clericos, nisi vulgariter proferatur n. 27.
18 Horas Canonicas omittentes Clerici in sacris etiam non beneficiati graviter peccant & puniuntur ex Concilio Provinciali Mediolanensi & num. 25.
19 Clerici in sacris & in minoribus beneficiati in multis equiparantur.
20 Horas Canonicas an Clerici in sacris, vel in minoribus beneficiati tenentur dicere de Jure Divino
21 Quilibet Clericus habens officium cum cura & sine cura

- si post sex menses Officium Divinum non dixerit fructus suos non facit pro rata omissionis & temporis & beneficio prociari potest ex Concilio Lateranensi.
22 Et quomodo hæc rata sit accipienda ex Bulla Pii V. contra recitantes Divinum Officium refertur, ibid. & num. seqq.
23 Horas Canonicas qui primis sex mensibus post obtentum beneficium non dicit graviter peccat.
24 Horas Canonicas tenentur dicere etiam obtinentes prebendam vel alia beneficia nullum servitium requirentia.
25 Pensionarii tenentur dicere officium parvum Beate Mariae Virginis, aliàs pro rata fructus sui non faciunt.
26 Ab horis Canonice dicendis non excusatur, qui febra vel adversa valetudine leviter laborat.
27 Clerici in minoribus non beneficiati an tenentur ad horas Canonicas & num. seqq.
28 Novitii non tenentur ad horas Canonicas, sed ad aliquid indeterminatum.
29 Ad Horas Canonicas tenentur professi Clerici etiam in ordinibus minoribus constituti.
30 Follet in Clericis Societatis Jesu.
31 Officium Beate Mariae Virginis, ac Defunctorum an ex precepto recitare tenentur Monachi S. Bernardi Hispaniarum Ordinis Cisterciensis & num. seqq. usque in fin.
32 Breviario Monastico reformato utentes gaudent eisdem privilegiis quibus gaudent utentes Breviario Romano.
33 Bulla Pii V. super Breviario Romano quoad Officium B. Mariae Virginis extenditur & num. seqq. usque in fin. Officium B. Mariae Virginis ac Defunctorum & qui ad præscriptum rubricarum non dicunt & passim non peccant ibidem.
34 Officium Beate Mariae Virginis an esset in precepto ante Bullam Pii V. & num. seqq.
35 Obligatio prædicti officii unde initium sumserit.
36 Officium Beate Mariae Virginis est in precepto si ita se habuit Ecclesie vel Monasterii consuetudo.
37 Constitutio nova non tollit speciales locorum consuetudines vel statuta.

- 1 Presbiter. Habet multa dicta & legitur variè, & ideo communitè non sumatur. Sed secundum intellectum qui videtur communis, sic sumari potest secundum Card. & Abbat. Presbiter tenetur horis debitis dicere horas Canonicas et tamen ex causa permittitur, ut mane illas dicat usque ad Vesperam inclusivè & habetur paucis immutatis in c. Presbiter 91. dist. 1. sub Archid. in prin. dicit hoc cap. Habetur hic pro palea, sed pro grano ponitur extra de Celebrat. Missar. cap. 1. Dividitur in tres partes. In 1. præcipit, ut officium dicatur horis debitis. In 2. specificat causam propter quam permittitur anticipatio, hic, & c. In 3. concludit, hic. Ergo.
2 Nota 1. hic mane, Matutinum esse complendum mane & sic ante ortum solis secundum Abb. hic in 1. notat. debet tamen inchoari à media nocte & ideo infra sequitur in littera, Media nocte surgebam, secundum Host. n. 4. Joan. Andr. in prin. & Anchar. in 1. notat. Sed certè ut observat Abb. ubi supra si matutinum inchoetur media nocte non poterit expleri mane, quia in eo recitando tantum temporis non insuntur nisi forte servaretur consuetudo quorundam Religiosorum, qui media nocte incipiunt matutinum & recitant usque ad laudes & postea incipiunt laudes paulò ante diluculum & expletur mane id est hora diei prima. Sic enim optimè servatur quod dicitur in textu secundum eum. Verumtamen de sero matutinum dicere propter honestatam occupationum necessitatem non est malum, quia melius est Deo laudes debitas preveniendo reddere & alia honesta officia postmodum explere, quam si per unam aliud impediatur. Sed si hoc fieret ad querius vacandum summo & voluptati, non esset aliquid peccati. Ita S. Thom. quod l. 5. in fin. Silveit. in ver. Hora num. 10. vers. Tertiam.
3 Secundò nota hic, primam, tertiam ex aliqua rationabili causa (veluti si Clerico exeundum sit ad opus rurale) horas Canonicas posse infirmis persolvi usque ad vesperam inclusivè ut in littera secundum Host. n. 4. in verbo Vesperamque. Card. & Abb. in sumario tractat. Consilium enim est ut hora omnes simul dicantur, ne superveniens occupationibus aliqua hora omittatur, ut hic per glossam 1. Innoc. n. 4. vers. Hoc autem quod dicit & Abb. Antiqu. in prin. & hoc servat Papa quoad horas simul dicendas usque ad Sextam & quandoque usque ad Nonam inclusivè, nec non Cardinales & Episcopi ex magna parte, ut Host. recitat hic in prin. Idque ob eam rationem, quia horis persolvitur oportet eos multis negotiis vacare & de latius est prevenire quam preveniri, nam secundum Hugonem. Primum providentia, secundum verbè negligentia est, cum presertim prima pars diei sit aptior & devotior quam suprema. Ad hoc l. 2. §. si ff. de verborum significatione. Secundum Hostensem, cum quo traduntur Joannes Andreas num. 10. & Abbas num. 3. vers. Nota bene glossam.
4 Tertio nota hic Horis comp. tenentibus, constantibus occupationibus vel alio legitimo impedimento horas Canonicas esse dicendas horis congruis sui competentibus, ita scilicet ut hora Officii respondeat hora diei, non quidem reciprocè, sed gradatim, adeo ut Matutinum dicatur in nocte. Prima in diluculo & sic de aliis horis, ut legitur & notatur in c. 2. in 1. respons. supra de Offic. Archid. & hic notat Host. n. 10. vers. & sic horis competentibus. Henr. Boich. n. 3. & Abbas n. 3. col. 3. circa medium, vers. Si dicitur. Non igitur in dicendo potest Presbiter tempus anticipare nec post-porere, quia hæc divisio per momenta dierum facta est ad honorem Dei cui Officium impenditur, non autem ipsius Sacerdotis. Quotiescumque autem dilatio est apposta creditoris gratia, non potest debitor prevenire tempus in solutione, ut l. cum qui alius invisi, Labeo, ff. de ann. legat. & l. Qui Roma de verb. oblig. secundum Anchar. hic n. 3. & 4. unde ut hic refert Joannes Andreas n. 11. & post eum Anchar. n. 6. & Abb. n. 3. fertur miraculose de quodam Sancto Eremita quem Angelus deficientibus elementis palebat; eique interdum deferret uvas acerbas, interdum mardacas. Interrogatus Angelus ab Eremita, quomodo esset hujus diversitatis causa; respondit se acerbas deferre, cum horas recitando preveniebat, mardacas cum congruo tempore recitabat, mardacas cum nimis tardabat & hoc ideo ut subdit Joannes Andreas, quia Eremita occupationibus involutus non erat.
5 Quarto nota hic exeat ad opus rurale, Presbiteris esse permittitur agriculturæ operam navare, ut hic & in c. Clericus vicinus 91. dist. & in c. nequam de consue. dist. 5. quod tamen intellige secundum ea que plene notavi in c. 1. n. 25. & seqq. & num. 26. usque ad num. 51. infra Ne Clerici, vel Monachi.
6 Quintò nota hic Septenarius numerus expletur. Horas Canonicas esse numero septem & non plures nec pauciores, ut hic patet & notat glossa in Host. n. 4. in verbo Vesperamque & n. 24. Joannes Andreas n. 2. Henr. Boich. n. 2. in c. 1. Butr. n. 8. Abb. col. 1. in fin. vers. Sed tunc non septies &

alii communitè. Sotus de instit. & jure lib. 10. q. 5. art. 4. Suarez de Relig. tom. 2. tract. 4. lib. 4. c. 6. n. 6. non desine tamen qui septies horas Canonicas esse octo, Matutinum à Laudibus distinguentes. Navarrus de hor. Canon. c. 3. n. 27. post Sanctum Anton. & in hac Sententia fuit Archid. in c. Presbiter 91. dist. separando illam autoritatem medià nocte surgebam. Et ab aliis septem horis de quibus ait Propheta, Septies in die & c. Sed certè hoc jure non probatur secundum Abbatem loco citato & in oppositum clarè stat littera hujus Decretalis que dicit septenarium numerum impleri persolvendo Matutinum, Primam, Tertiam, Sextam, Nonam, Vesperam & Completorium; & ita sub hora Matutini complectitur etiam Laudes, cum de illis nullam faciat mentionem.
Ultimò nota hic Nocturnis, Vigiliis nocturnis appellari ita que in nocte persolvuntur, cum de illis intelligatur autoritas medià nocte surgebam, ut dicitur in textu & innuit etimò ob id vocabuli, dicuntur enim Nocturna, quia expletur nocte; & dicuntur Vigilia, quia dom recitatur, vigilia dom est non torpendum, ut inquit Host. hic n. 28. & Joan. Andr. n. 7. vers. Et dicit Hostiensis, & pro Vigiliis nocturnis seu Officio nocturno Archid. in d. c. Presbiterium n. 1. intelligit Matutinum; pro Officio autem diurno sex Laudes, id est Primam, Tertiam, Sextam, Nonam, Vesperam & Completorium. Sed Host. hic n. 26. dicit Vigilia nocturnas hic poni in plurali, quia sunt numero tres, videlicet Matutinum quod dicitur medià nocte. Prima, quæ secundum hoc dicitur ad diluculum, hæc aliqui illam dicant illò post Matutinum, quæcumque sit illa hora, sicut servat Cæpella Pontificia & Completorium quod in crepusculo dicitur et vel paulò post, hæc Ecclesia Gallicana ipsam dicit statim post Vesperas. Tertia verò, Sexta, Nona & Vesperæ sunt hora diurnæ secundum Host. quem tamen verbis hic refert & sequitur Joannes Andreas n. 7. Henr. Boich. n. 3. vers. Unde tres propria. Nec dissentit Archid. in d. c. Presbiter, col. 1. in fin. vers. Et nota dum ait ex Beda Ecclesiam transire exemplum conventiendi obiter inter diem & noctem ad horas dicendas à Judæis qui tempore Ebrae ad audiendam Legem obies conveniebant quater in die & quater in nocte. Cur autem Ecclesia hæc horarum tempora determinaverit & præcipua opera Christi & alia id singulis hujusmodi horis præclarè gesta & in futurum persagenda, egregie commemorat hic Archid. columna prima, sere per totam.
Quæro generaliter, qui ad horas Canonicas tenentur. Certum est primò, cunctis Presbiteris etiam non beneficiatis, horas Canonicas esse in precepto, nam de Presbitero expressè loquitur hæc Decretalis tamque generaliter de Presbiteris omnibus esse intelligendam dixit Host. hic in prin. & in hoc glossa ultima & omnes conveniunt, ut testatur Abbas num. 4. vers. Ideo advertit & vers. Secundus casus. Summa Tabienis in vers. Hora Canonice, numero primo in prima que sit.
Deinde certum est ad horas Canonicas similiter teneri Diaconos & Subdiaconos, licet beneficium Ecclesiasticum non habeant, nam Presbiteri nomen hic sumitur largè, ut comprehendat omnes Clericos in Sacris Ordinibus constitutos & est simile in c. 1. in fine supra de bigamis & in c. 2. in prin. de cohabit. Cler. & mulier. Et ita hic firmat H. B. n. 2. & Abbas Antiquus n. 1. dicens Clericos in Sacris ad hoc teneri ratione ordinis; & quævis subdat Petrum de Sampson Magistram cum in ea fuisse opinionem, ut ratione ordinis nemo teneatur ad horas Canonicas, arg. c. Illud & c. ult. 92. dist. hoc tamen nemo sequitur & oppositum tenent hic Joannes Andreas n. 12. in verbo Presbiter. Henr. Boich. n. 5. & communitè Doctores, ut Abbas testatur loc. cit. Imò ab hoc nullus discrepat ut asserunt Host. n. 3. & Joannes Andreas ubi supra; & consentit Sanctus Thomas quodl. 6. q. 5. art. 8. & Summitæ omnes in verbo Hora.
Quibus accedit quòd in Concilio Provinciali Mediolanensi l. in ist. de Canon. Hor. non intermittere. §. Malitiae, tom. 4. Concil. par. 2. pag. 371. col. 2. lit. E. statutum est ut infra videbunt. Qui verò sacris initiati beneficium Ecclesiasticum non habent, si divinum præterierint Officium præter grave peccatum quod committunt, graviter etiam ab Episcopis in eos animadvertatur. Hæc ibi; & adde quod dicitur infra, n. 25.
Tertio, manifestum est ad horas Canonicas teneri Clericos omnes in minoribus Ordinibus constitutos & beneficium aliquod Ecclesiasticum obtinentes, nam Clerici in Sacris & Clerici in minoribus Beneficiati alià equiparantur, ut legitur & notatur in c. 1. supra de postulan. Sed constructi in Sacris procul dubio tenentur ad horas, ut supra proximè ostensum est. Erò multò fortius Clerici minores Beneficiati, arg. c. Cum recandum, supra de prob. o. Quòd dicit & c. diversis de Cler. consue. secundum Host. hic n. 3. Joan. Andr. n. 12. in verbo Presbiter. Et in hoc similiter Sanctus Thomas ubi supra; & Doctores omnes conveniunt, ut dicunt Abbas & Tabiena loci citati. Quisimò ratione Sacri Ordinis Clerici tenentur

supra de supplet. neglig. Prælator. Et propterea Abbas benedictus ordinando Regulares sibi non subditos aut seculares etiam post Concilium imprimi characterem, ratione scilicet absolute potestatis Ordinis, quam ex concessione septima Synodi accepit in impositione manuum, licet non conferat Ordinis executionem ob adeptam sibi Concilio auctoritatem seu jurisdictionem quoad non subditos Regulares, ita ut profunde sic tonsurati non debeant iterum tonsurari, ut sep us respondit Sacra Congregatio Concilii cujus declarationes complures retuli in d. c. 1. Itaque Abbas Presbiter & benedictus respectu Regularium sibi non subditorum, aut respectu secularium caret tantummodo jurisdictione propter Concilii prohibitionem, sed potestate Ordinis quæ Abbati impertitur licentiam ordinandi suos Ducefanos, aut per specialem concessionem ordinandi illos etiam absque dimissoria Episcopi Ducefani imprimunt characterem, licet non conferant ordinis executionem ob adeptam sibi a Concilio jurisdictionem ut abunde ostensum est supra. Hinc autem jurisdictionis defectum supplere potest Episcopus, quoad ejus subditos, consentiendo ut ordinari valeant à prædictis Abbasibus ordinis potestatem habentibus, ut similiter patet ex dictis. Nec propterea, ut dicit Rota prohibito Concilio redditur superflua. Siquidem in hoc operatur effectum suum, quia sicut facultatem quam prius habebat Abbas ordinandi sine dimissoria Episcopi personas seculares in quas habebat Ecclesiasticam & quasi Episcopalem jurisdictionem, juxta textum in d. c. Abbas de privileg. in 6. cujus dispositioni Concilium derogavit ut eadem Rota statueret in prædicta decisione. Item sicut privilegia & indulta Sedis Apostolicæ quæ ante Concilium super hoc habebat monachi Abbates ut innuit illa decretalis sibi: Nisi eis id comparat ex præfata Sede indulto: Unde extendi non debet ad ulteriorem correctionem juris communis, arg. c. Cùm expedit, de elect. in 6.

13. Nec obstant verba illa d. c. 10. (cuiquam qui Regularis subditus sibi non sit) quandoquidem Concilium hic sicut facultatem ordinandi seculares quam Abbas habebat, vel jure ordinario ratione quasi Episcopalis jurisdictionis, vel ex Indulto Sedis Apostolicæ juxta textum in d. c. Abbas de privileg. in 6. sed non eam quam consequi possent ex licentia vel delegatione Episcopi Ducefani. Ratio est, quia Decretum illud fuit editum in favorem ipsius Episcopi Ducefani, ut patet ex illis verbis (sed horum omnium Ordinato ad Episcopos intra quorum Ducefani fines exiit pertinet) & consequenter Ducefano licere debet in hoc favore suo renuntiare & consentire, ut sibi subiecti ab alieno Antistite promoventur, c. 1. 2. 3. Et per totum 71. dist. c. Lugdunensis 9. 2. capite 2. 2. 2. 3. Et per totum 71. dist. c. Lugdunensis 9. 2. capite 2. 2. 2. 3. Et per totum 71. dist. c. Lugdunensis 9. 2. capite 2. 2. 2. 3.

14. Simile in Episcopis Titularibus qui, etsi prohibentur à Concilio in capite secundo, sessione 14. quemquam ordinare etiam in locis nullius Ducefani, tamen de Episcopis Ducefani contenta bene ordinare possunt, quia scilicet non carent potestate ordinis, quam in consecratione acceperunt, c. Transmissum de elec. Et quomvis tanquam Clero & populo carent ut dicitur in d. c. 2. tamen hujus potestatis defectus bene suppleri potest per consentium Episcopi Ducefani, cujus inter est ut alias fuit responsum & praxi observari, nam & hodie videmus in Ducefani Episcopalem habere in Parochos & Parochianos conferre minores ordines tribus Regularibus Ordinis S. Augustini à suis Superioribus ad hunc effectum dimissa. Et S. Congregatio censuit non obstat quod Abbas non sit benedictus, cum ex privilegio Julii II. habeatur in omnibus pro benedicto; sed non liceat illi eo forte minores ordines dicit Regularibus; proinde quod non aderat consentium Episcopi loci, ut habetur in c. nit. sess. 6. ut alias decretum à Sac. Congregatione in causa Bononiensi. Non tamen incidit in potestatem decreti d. cap. 10. in fin. quia loquitur in Episcopis nullius, neque in potestatem c. 8. sess. 23. quia loquitur quando sine testimonio ordinarii loci concessisset ordines juxta cap. eos & c. fin. de temp. ordin. in 6. sed in potestatem c. fin. sess. 6. quia sine licentia Ordinarii loci concessisset ordines. Et quomvis d. c. loquitur in Episcopo; tamen Sac. Congregatio censuit magis habere locum in Abbate & eam simpliciter dist. cap. dicit suspensum ab exercitio Pontificali, intelligi absolute non autem per annum duntaxat quia quando voluit suspendi per annum tantum, expressit ut d. c. 2. & d. c. 8. & sic Abbas ille erit tantum suspensus ab exercitio illorum actuum quos Pontificali dignitate & auctoritate exercuit; nempè à collatione ordinum & similium; non autem censetur suspensus à divinis, quæ ut Religiosus Sacerdos celebrare poterat. Unde consequens erit, ut si postea celebravit, non ideo effectus sit irregularis; tamen indiget rehabilitatione ad exercitia Pontificalium à quibus fuit suspensus. Item erit advertendum ad ordinarios, quia si ipsi sunt suspensi ab executione ordinum, & si celebrant sunt irregulares & indigent dispensatione.

15. Ex qua declaratione, quod spectat ad rem presentem duo colliguntur. Primum est licere Abbasibus benedictis vel habentibus privilegium perinde ac si essent benedicti conferre minores ordines personis secularibus aut regularibus sibi aliis non subditis, si modo habeant litteras dimissorias speciales à proprio Episcopo. Propterea enim prædictus Abbas Olivetanus ordinando regulares alterius ordinis incidit in potestatem suspensionis ab exercitio Pontificalium, quia defuit consensus Episcopi Ducefani ut dicit Sacra Congregatio. Ergo si Episcopus consentisset, Abbas in nullam potestatem incidisset, qui est casus decisionis Bononiensis.

16. Alterum est ordinationem non subditorum factam ab hujusmodi Abbasibus etiam sine dimissoria proprio Episcopo non esse irritam; nam regulares S. Augustini à dicto Abbate ordinatos, Sac. Congregatio dixit esse suspectos ab executione ordinum; ergo character fuerit impressus. Nam si impressus non fuisset defectu potestatis in ordinando sic promoti non fuissent suspecti, sed potius iterum ordinandi, c. Choresp. cap. 1. Quomvis & cap. Presbiter 68. dist. cap. Nihil 7. quæst. Holt. Joan. Andr. & omnes in cap. ubi. & hic ubi num. 6. supra de sacra Vasa. Henric. Boch. post alios in c. fin. de Sacramen. non iterum. & ita Abbas hujusmodi etiam post Concilium non essent proflus ut paravit Rota potestate ordinandi seculares aut regulares sibi non subditos. Hanc materiam latius prosecutus in cap. 1. de suppl. neglig. Prælator. in quæst. An Prætor inferior secularis habens privilegium post Concilium concessisset tonsuram & minores ordines certis personis duntaxat, ordinando alios quam in litteris designatos imprimi characterem necne. Post hæc scripta emanavit à Sacra Congregatione Concilii infra scripta declaratio, que est originaliter in libro memorialium pag. 477. vide licet.

17. In causa Cathanien. Juris conferendi ordines minores inter Episcopum Cathanien. ex una & Monachos Ordinis S. Benedicti Congregationis Cassinensis, ac alios ex altera die 23. Novemb. 1641. Sacra Congregatio &c. utraque parte informata ore & scriptis ac rationibus hinc & inde deductis mature examinatis, imbuendo decisionis Rote Romanæ sub die 27. Aprilis 1592. coram bo. m. m. Cardinali Seraphino de ordine sel. record. Clem. VIII. facte, nec non declarationibus Episcopi Sacra Congregationis dicte decisionis conformibus subsecutus, censuit, improbat opinionione contracta, Abbas Regulares benedictos ejusdem Congregationis Cassinensis, seu alterius Congregationis vel Ordinis aut instituti habentes etiam jura Episcopalia seu quasi Episcopalia usumque Mitre, baculi & benedicti ac facultatem primam tonsuram & minores Ordines conferendi, non posse dictam primam tonsuram, nec alios ordines minores, nisi suis subditis Regularibus conferre, non autem Regularibus alterius Congregationis, Ordinis vel instituti, etiam si habeant litteras dimissorias suorum Superiorum & consentiam Ordinarii, intra quorum Ducefani fuerit ipsi Regulares ordinandi existant; & multo minus personis secularibus etiam habentibus litteras dimissorias à suis Ordinariis. Ac propterea inhibuit Archiepiscopo, Episcopo & aliis Prelatis inferioribus ut in futurum concedere non audeant supra dictas litteras dimissorias hujusmodi Abbasibus directis nec ab illis recipi. Quod si fecerit fiat, tam concedentes, quam ordinantes à collatione Ordinum suspensi remaneant, præter alias grævas arbitrio ejusdem Congregationis reservatas.

18. Et iterum Episcopi Episcopalia primam tonsuram, aut minores Ordines possunt conferre secularibus Clericis Episcopali jurisdictioni subiectis, si modo ipsius Episcopi consensus accedat, itidem an prædicti Abbas possint Regularibus alterius Ordinis, qui litteras dimissorias suorum Superiorum Regularium & consentiam Episcopi loci habeant, possint prædictam tonsuram & minores Ordines conferre.

19. Die decimo Mai 1658. Sacra Congregatio Concilii ad utrumque dubium respondit, non posse.

20. Secundo. Quæro, an degradatio possit ab Episcopo demerari Abbasibus Presbiteris & solemniter benedictis.

21. Respondeo non posse, quia degradatio est ordinis Episcopalis, cap. Degradatio de san. lib. 6. & notatur in c. Cùm non ab homine de judic. Holt. in cap. Dilectus & c. Infragabili de offic. ordin. DD. in c. Cùm contingat, ubi in specie Collectar. num. 3. de fore compet. Et verò quæ ordinis Episcopalis existant non possunt Clericis inferioris gradus, id est non Episcopis demandari, ut hic patet & dixi supra in 1. notab. Unde, ut dicebat Archid. in cap. Dilectus Fagnan. in III. Lib. Decretal.

22. Nec obstat si dicatur hujusmodi Abbasibus potest ab Episcopo committi, ut minores ordines conferant, ut ostensum est in præcedenti questione, ergo videtur etiam esse committi posse, ut ordines auferant per degradationem, quia ejus est depuere, cujus est ordinare c. Nullus Vrius 9. quæst. cap. 3. de Para. h. Holt. in d. c. Cùm contingat num. 2. & Joan. Andr. num. 12. vers. Quod dic de fore compet.

23. Nam respondetur in ordinibus conferendis Abbas benedictus fuisse specialiter privilegiatus à septima Synodo ut in c. Quomvis 69. dist. At non fuerunt privilegiati in ordinibus auferendis, nec licet arguere ab ordinatione ad degradationem, quia spiritualia facilius contrahuntur, quam destruantur, ut in hac ipsa materia degradationis inquit glossa in d. c. degradatio in verb. Cuminus de san. in 6. Unde Episcopus solus Ordinem conferre potest, solus auferre non potest dicit textus in c. fin. 15. quæst. 7. Nam in degradatione Presbiteri lex Episcopi sunt adhibendi & tres in degradatione Diaconi, vel Subdiaconi. Concilium Agathensis c. 1. dist. c. fin. Si quis, c. Felix & c. Si autem, rad. caus. & quæst. gloss. prælegat gloss. 1. in c. 1. de heret. in 6. Abbas in c. Non potest de re judicat. Si vult. in verb. Degradatio num. 1. Hodie decreto Concilii Tridentini in c. 4. sess. 13. statutum est ut adversus Clericos etiam in suis ordinibus constitutos ad condemnationem, nec non verbalem depositionem procedere possit Episcopus tam per se ipsum, quam per illius Vicarium in spiritualibus generalium: Ad actualum vero atque solemnem degradationem per se ipsum etiam non adhibito numero Episcoporum à Sacris Canonibus premissis, adhibitis tamen se in hoc sibi assistentibus totidem Abbasibus, usum Mitre & baculi ex privilegio Apostolico habentibus si in civitate aut in Ducefani reperiri & comode interesse possint, alioquin aliis personis in Ecclesiastica dignitate constitutis quæ zate graves ac juris scientia commendabiles existant.

24. Quo decreto corrigitur dist. cap. Degradatio de san. in 6. Sed amplius c. 1. de hereticis eodem lib. Primum in eo ut non solum Episcopus per se ipsum, sed etiam quocumque Vicarius possit ad verbalem degradationem procedere. Deinde ut non solum in casu heretici, sed etiam in omnibus in quibus ad actualem degradationem procedendum fit. Declaratur etiam eo decreto d. cap. 1. ut debeant assistere totidem Abbasibus usum Mitre & baculi ut supra habentes quot Episcopi requirebantur. Nam in dicta Decretali numerus non erat præfixus. Demum ampliat in eo ut si commode in civitate vel Ducefani reperiri non possint sufficienter vici in eorum locum in dignitate Ecclesiastica constituti. Unde si essent laici quantumvis graves ac juris scientia commendabiles non possunt assistere qui tamen poterant ex d. c. 1.

25. Appellatione autem perlonarum Ecclesiasticarum de quibus Concilium loquitur, Prælator Regularium Mendicantium non comprehendit dicit Sacra Congregatio cum non habeant nomen dignitatis & Abbas non debere interesse ex ministerio vel processu, sed tantum posse solemni & actuali degradationi assistere, ut assessores & posse Ordinarios alios personarum in dignitate Ecclesiastica constitutas etiam non Ducefanas adhibere.

26. Num. 1. in verb. Macrone, de sent. extomm. lib. 6. duplex est mucro spiritualis, alius disciplinæ, seu medicinalis ut communicatio, qui non ad punitionem, sed ad correctionem tantum vibratur; Alius eradicatæ, sive mortalis, ut degradatio, qui non tantum ad correctionem sed etiam ad punitionem indigitur & hic est mucro Episcopi specialis sive unguentus non ordinatus in Episcopum ipsum vibrare potest. Quod dictum Archidiaconi sequuntur Joan. Andr. in c. 1. num. 4. in verb. Cùm ab omni macrone, & Anchar. num. 2. in 5. verb. de homicid. lib. 6.

27. Nec obstat si dicatur hujusmodi Abbasibus potest ab Episcopo committi, ut minores ordines conferant, ut ostensum est in præcedenti questione, ergo videtur etiam esse committi posse, ut ordines auferant per degradationem, quia ejus est depuere, cujus est ordinare c. Nullus Vrius 9. quæst. cap. 3. de Para. h. Holt. in d. c. Cùm contingat num. 2. & Joan. Andr. num. 12. vers. Quod dic de fore compet.

28. Nam respondetur in ordinibus conferendis Abbas benedictus fuisse specialiter privilegiatus à septima Synodo ut in c. Quomvis 69. dist. At non fuerunt privilegiati in ordinibus auferendis, nec licet arguere ab ordinatione ad degradationem, quia spiritualia facilius contrahuntur, quam destruantur, ut in hac ipsa materia degradationis inquit glossa in d. c. degradatio in verb. Cuminus de san. in 6. Unde Episcopus solus Ordinem conferre potest, solus auferre non potest dicit textus in c. fin. 15. quæst. 7. Nam in degradatione Presbiteri lex Episcopi sunt adhibendi & tres in degradatione Diaconi, vel Subdiaconi. Concilium Agathensis c. 1. dist. c. fin. Si quis, c. Felix & c. Si autem, rad. caus. & quæst. gloss. prælegat gloss. 1. in c. 1. de heret. in 6. Abbas in c. Non potest de re judicat. Si vult. in verb. Degradatio num. 1. Hodie decreto Concilii Tridentini in c. 4. sess. 13. statutum est ut adversus Clericos etiam in suis ordinibus constitutos ad condemnationem, nec non verbalem depositionem procedere possit Episcopus tam per se ipsum, quam per illius Vicarium in spiritualibus generalium: Ad actualum vero atque solemnem degradationem per se ipsum etiam non adhibito numero Episcoporum à Sacris Canonibus premissis, adhibitis tamen se in hoc sibi assistentibus totidem Abbasibus, usum Mitre & baculi ex privilegio Apostolico habentibus si in civitate aut in Ducefani reperiri & comode interesse possint, alioquin aliis personis in Ecclesiastica dignitate constitutis quæ zate graves ac juris scientia commendabiles existant.

29. Quo decreto corrigitur dist. cap. Degradatio de san. in 6. Sed amplius c. 1. de hereticis eodem lib. Primum in eo ut non solum Episcopus per se ipsum, sed etiam quocumque Vicarius possit ad verbalem degradationem procedere. Deinde ut non solum in casu heretici, sed etiam in omnibus in quibus ad actualem degradationem procedendum fit. Declaratur etiam eo decreto d. cap. 1. ut debeant assistere totidem Abbasibus usum Mitre & baculi ut supra habentes quot Episcopi requirebantur. Nam in dicta Decretali numerus non erat præfixus. Demum ampliat in eo ut si commode in civitate vel Ducefani reperiri non possint sufficienter vici in eorum locum in dignitate Ecclesiastica constituti. Unde si essent laici quantumvis graves ac juris scientia commendabiles non possunt assistere qui tamen poterant ex d. c. 1.

30. Appellatione autem perlonarum Ecclesiasticarum de quibus Concilium loquitur, Prælator Regularium Mendicantium non comprehendit dicit Sacra Congregatio cum non habeant nomen dignitatis & Abbas non debere interesse ex ministerio vel processu, sed tantum posse solemni & actuali degradationi assistere, ut assessores & posse Ordinarios alios personarum in dignitate Ecclesiastica constitutas etiam non Ducefanas adhibere.

540 ad horas dicendas de Jure Divino positivo, secundum illud Psalm. 138. Septies in die Laudem dixi tibi, ut hic per Abbatem n. a. Clerici autem Beneficium & sic vivent, de Patrimonio Cruciatu ad hoc tenentur de Jure Divino naturali, arg. d. c. Cum secundum, ad hunc Summus Pontifex nequeat super hoc dispensare ut tenet Tabiena in verbo hora Canonica in quinquaginta quinta questione & Angelus in eodem verbo, quasi...

habere generalem consuetudinem que non dicentem excusat, arg. c. Cum dilectus de consuet. tamen ut ipse formaliter subjungit de mente Juris Divini & humani, credo quod sit oppositum, nam eo ipso quod quis promovetur ad Ordinem, assumitur in sortem Domini & transferretur se in Deum & in Ecclesiam, unde eximitur a potestate seculari, ut c. cum non ab homine supra de judic. optime facit c. Cum portio cum c. praced. 12. q. 1. nam ut quisque Clericus debet vivere de Patrimonio Christi, vel saltem Episcopus teneatur providere, c. 2. & Episcopus & d. c. cum secundum de prob. Idem videtur ex mente Sancti Thomae d. quodlib. 6. q. 3. art. 3. in corpore, (ait enim Clericus ex hoc ipso quod est Clericus & precipue in Sacris Ordinibus constituitur, teneatur dicere horas Canonicas.) Videtur enim tales specialiter esse assumpti ad laudem Divinam, secundum illud Iste d. 42. Omnes qui invocant Nomen meum in laudem meam creentur illam. Videtur tamen loqui de Clerico beneficiati, ut patet ex his que immediate sequuntur & ex themate questionis.

peculiariter instituto ut soli Clerici in sacris ordinibus constituti quavis beneficia Ecclesiastica aut eorum redditus non habeant, teneantur inquit privatim ac particulariter & non communiter ad dicendum Officium secundum Ecclesiam ritum ut in Constitutione Paul. III. in cap. Rezonni militantis Ecclesia §. 12. in Bullar. tom. 1. pag. 644.

rationem fuisse initium non ex jure scripto, sed ex consuetudine, que postea ubique inolevit, ita ut apud omnes vim legis habeat; quam sententiam amplectitur Vitalis in d. Clem. 1. n. 95. reprobata Guillelmi opinio, quam dicit multum detrahere devotioni B. Mariæ & suffragiis Mortuorum. Idem sentit Abb. hic num. 6. subdens id esse in precepto ex radice antiquorum Patrum & traditione Ecclesie licet scriptum non reperitur & sequitur Silvestr. in verb. Hora num. 6. & Sot. lib. 10. de iustit. & jure qu. 5. art. 4. ubi ait hanc consuetudinem recitari Officium B. Mariæ ex pietate & devotione, qua Sanctissima Virgo dignissima erat ad id invaluisse, ut nullus Doctorum aut SS. Patrum negare audeat vim habere precepti.

540

544

20

30

21

31

22

32

23

33

24

34

25

35

26

36



DE CELEBRATIONE MISSARUM,

Ex Concilio Triburien.

CAPUT II.

Quidam laicorum habent in consuetudine, ut per singulos dies audiant Evangelium: In principio erat Verbum, & Missas peculiare; hoc est, de sancta Trinitate & de Sancto Michael; & ideo sancitum est in eodem Concilio, ne ulterius hoc fiat, nisi suo tempore, & nisi aliquis velit propter reverentiam sanctae Trinitatis, non pro alia devotione audire. Sed si voluerint, ut sibi Missam cantentur, de eodem die Missas audiant, pro salute vivorum, & etiam defunctorum.

SUMMARIUM.

- 1 Missa de feria propter Missam specialem dimittenda non est. Declaratur, num. seq. 2 Missam peculiarem audiens in diebus festis an satisfaciatur praeceto Ecclesiae & n. seq. usque ad n. 7. 3 Missas peculiare, seu votivas an & qualiter quis prohibetur audire in diebus festis. 4 Superflitiones aliquot referantur audientium Evangelium, in principio erat Verbum, vel Missas peculiare. 5 Sacrificium altaris soli Deo offerendum est, qui solus adorandus est latra. 6 Sancti orationes non exaudiunt, sed apud Deum pro nobis interpellant. 7 Missae votivae ex Missali Romano dici possunt pro arbitrio Sacerdotum quocumque die officium non est duplex aut Dominica, id tamen possunt fieri non debet. 8 Missa pro defunctis potest dici peculiari. 9 Missa votiva pro sponsa & sponsa non dicitur in Dominicis & festis diebus ibid. vers. Cavendum. 10 Missam de uno Sancto quotidie celebrare non licet. 11 Missa etiam de defunctis non est officium currenti dicenda est pro salute vivorum & defunctorum & n. 34. 12 Missam celebrans de Sancta Maria dicitur celebrare pro defunctis & i converso. 13 Missa defunctorum an sit dicenda ad consequendam indulgentiam altari privilegio concessam, an vero sufficiat aliam Missam dicere & n. seq. usque in fin. 14 Privilegium tenore inscriptum est ad dignoscendam an pro liberatione animae a Purgatorio requiratur Missa de Requiem.

- 15 Indulgentia animae defunctorum non consequuntur a Sacerdote celebrante, sed a Pontifice concelebrante per modum suffragii. 16 Indulgentia non acquiritur, nisi conditio sub qua conceditur adimpleatur. 17 Mens papae secundum Canones interpretanda est. 18 Mens pro defuncto an idem importet quod Missa de Requiem & n. 30. & 34. 19 Missa de Requiem cur ab Ecclesia instituta. 20 Missa de Requiem magis suffragatur animae defunctorum quam Missa de festo vel de feria. Declaratur num. 31. & seq. 21 Missarum suffragia mortuis tripliciter applicari possunt. 22 Medium censetur electum quod rei gerenda magis est idoneum. 23 Altare privilegiatum conceditur ipsi Ecclesiae. 24 Mortui solvantur a penis Purgatorii ad usum libertatis per debiti satisfactionem sive ex bonis liberandi sive alterius. 25 Indulgentiarum materia est favorabilis. 26 Indulgentia pro defunctis non est privilegium, sed beneficium nulli noxium & late interpretandum. 27 Indulgentia tantum valet, quantum sonant. 28 Electio in dubio est debitoris. 29 Missa ex parte sacrificii aequae prodest mortuis de quocumque dicitur. Et quid ex parte orationum. 30 Libertas si detur servienti per annum, acquiritur in bissexto si serviat per dies 365. 31 Miraculum Paschasti celebrantis in Capella Columna intus Ecclesiam Sanctae Praxedis.

Quidam. Propter Missam specialem Missam de feria dimittenda non est. Hoc dicit secundum Joan. Andr. cui ceteri consentiunt. Dividitur in duas partes. In prima ponitur excessus. In secunda provisio, hic, Ideo. Nota primo quod dictum est in sumario videlicet propter Missam peculiarem seu votivam non esse dimittendam Missam de feria, seu de officio currente. Non enim transgrediendi sunt termini, quos posuerunt Patres nostri. v. de spulcat. Quod nonnulli opinantur utque adeo verum esse, ut audientes Missam peculiarem in diebus festis, vel illam celebrantes non satisfaciatur praeceto Ecclesiae de Missa audienda, quia Missa quae principitur est Missa de festo vel quae secundum officium debet dici, ita Angel. in verb. Missa num. 33. & in verb. Feria num. 42. licet subdat audientes propter ignorantiam excusari, sed non celebrantes arg. c. Etiam hoc attendendum de consecr. dist. 1. Allegantur etiam pro hac sententia Alexan. de Alex. in summa lib. 2. & Astensis lib. 4. tit. 16. quast. 2. Contrarium firmat S. Antonin. in 2. part. tit. 9. c. 10. §. 1. vers. Quantum ad idem, quia textus in e. Missa, hoc non dicit, sed indistincte loquitur; ideoque non tenetur quis audire Missam propriam ex necessitate, sed tantummodo ex congruitate & secundum hanc congruitatem, ut ipse ait, loquitur hoc capitulum. Neque enim mulierculae & idiotae scire possunt an Missa sit

propria & oportere hoc semper sciscitari nimis esset laboriosum & sequuntur Rosella in verb. Missa §. 14. Silvester. Missa 2. §. 4. Tabiena in eodem. verb. n. 48. Tot. in 4. dist. 13. quast. 2. art. 1. vers. Quod autem, & Navar. conf. 9. incipiens. Ex concilio, num. 7. de Celebr. Missar. Quod & mihi videtur verum, & ad hoc cap. respondeo hic non improbari consuetudinem dimittendi Missam de officio currente propter Missam peculiarem; Sed tantummodo reprehendi superflitionem Religionem illorum, qui Missam de sancta Trinitate vel de sancto Michael pro nullo festo praeterebant, quasi non viderentur audire Missam, nisi illas audirent, secundum Host. in verb. Per singulos dies & Card. num. 1. in eodem verb. vel qui credebant in illa die in qua dicebant Evangelium. In principio erat verbum, aut Missam memoratas se sine penitentia non posse decedere quam superflitionem habent verba, ut dicit Abb. Antiquus in v. Audiant Joan. Andr. & Cardinal. ambo in verb. Evangelium & Abb. Siculus in prima notabil. & propterea textus admittit ut quis audire possit Missam specialem, seu votivam, dummodo id faciat propter reverentiam sanctae Trinitatis & non pro alia devotione, quasi dicit licitum est dimittere Missam de die & audire Missas votivas, dummodo id non fiat propter aliquam specialitatem, quasi illi meliores sint aliis secundum glossam finalem & Host. n. 1.

puta, quia magis profuit ad uberiorese segetes impetrandas, vel quid simile ut explicat Innoc. in verbo Pro alia, Host. n. 5. in verbo Non pro alia Joan. Andr. n. 2. in verbo Devotione & Card. in 1. q. Unde Abb. conf. 99. Videtur 1. n. 3. vers. Idem probare videtur lib. 2. diversis verbis asserit hoc capitulum si bene ponderetur, non prohibere simpliciter Missas peculiare, imo permittere, dummodo fiat ex bona devotione & non ex superstitione, ut quidam faciebant credentes propter illas habere meliores segetes. Vel dicas hic improbari illorum abusum qui tantam devotionem fugebant in Sanctum cujus Missam audiebant, ut crederent illum posse ipsorum preces exaudire magis quam si audirent Missam ob reverentiam Dei. Sicut refert hic Host. de aliquibus qui credebant se magis dejerare per Dominam nostram quam per Deum; & nuper mihi renuntiaturum est de quadam vetula, quae cum audisset puerperam commendantem Deo parvulum tunc natum, Filiola mea, inquit, non Deo, sed potius Sancto Carolo Porro ut inquit Innoc. etiam Missa de Sancto Michael dicenda est in honorem Sanctae Trinitatis, quoniam fuit Deo Sacrificium Altaris offerendum est, qui se Hostiam obtulit pro nobis. Ipse enim solus adorandus est latra, qui solus potest per se orationes exaudire. Sancti autem apud Deum pro nobis interpellant. Ita Innoc. quem totidem verbis sequuntur Host. Joan. Andr. & reliqui omnes. Ad hoc Concil. Trid. sess. 25. de invocatione, veneratione &c. Et vide quod notatur per Joannem Andream in clementina unica in glossa magna in quarto membro de Reliquiis & Veneratione Sanctorum.

Conclude igitur neminem obligari in diebus festis ad audiendam Missam propriam illius diei seu de officio currenti, sed satisfacere Praeceto Ecclesiae audiendo quamlibet Missam peculiarem seu votivam, respectu Celebrantis major est difficultas, nam ut inquit Sanctus Antonius loco praesallegato, reprehensibile utique multum videtur est non damnaibile, dimittere proprias occurrentes propter Missas Defunctorum, vel alias ad instantiam laicorum sine causa multum urgenti. Docendum est enim populus, non sequendus, c. Docendus 22. dist. qui imo est mortale secundum aliquos quos suppresso nomine refert Silvester in verbo Missa 2. §. 4. sed & Angel. ubi supra dicit Missam esse celebrandam de eo de quo Officium fit, adeo ut Missam peculiarem dicent, id est specialem de aliquo Sancto, non satisfaciatur Praeceto de audienda Missa; & quamvis audientes ex ignorantia excusentur, non tamen Celebrantes, arg. c. & hoc attendendum de consecr. dist. 1. Hec ex illo. Sed certe de Jure communi hoc non videtur esse in Praeceto, quia haec Decretalis in qua sola fundari potest obligatio celebrandi Missam de officio currente & alium habet sensum, ut superius explicatum est n. 13. ac praeterea non loquitur de Celebrantibus, sed de audientibus: Unde si quam obligationem induceret, utique illam induceret respectu audientium, quos tamen constat ad id non obligari, ut habet generalis consuetudo, vide Navarro, d. conf. 9. n. 7. de celebr. Missar. Unde melius Silvest. in verbo Missa n. 3. §. 4. affirmat praedicta esse intelligenda ad bene esse, non de necessitate, quia nec Abbas hic dicit non satisfieri Praeceto, nec Clem. 1. de celebr. Missar. dicit aliquid de praeceto. Id ipsum tenent Rosella in verbo Missa, §. 14. Tabien. in eodem verbo n. 48. & Navar. in Manuali Hispano c. 27. n. 7.

Non obstat d. c. Et hoc attendendum de consecr. dist. 1. ubi patet Sacerdotes & populum in diebus solemnibus debere in unum convenire ad publicam Missam audiendam, nam & ille textus potest intelligi de congruo & nihilominus illi derogatum est ubique ex contraria consuetudine & praeteritum in Uibe, ut Navar. testatur in praed. conf. 9. n. 7. de celebr. Missar. Ceterum opinio Angeli videtur hodie approbata in novo Missali Romano in rubrica de Missa votivis Sanctae Mariae & alius, §. 3. ubi sic legitur Missa omnes votiva in Missis privatis dici possunt pro arbitrio Sacerdotum quocumque die Officium non est duplex, aut Dominica cum commemoratione ejus de quo factum est Officium & commemoratione item Festi simpliciter, si de aliquo occurrat eo die fieri commemorationem, id vero passim non fiat, nisi rationalis de causa & quantum fieri potest, Missa cum officio conveniat. Hec ibi. Et consonant alia rubrica de Missa Defunctorum, §. 2. in fine ubi cavetur ut Missae privatae pro defunctis quocumque die dici possint, praeterquam in Festis duplicibus & Dominicis diebus; nam & Missa pro defuncto dicitur peculiaris secundum Archid. in c. Visum de consecr. dist. 1. & Abb. conf. 99. Videtur primo n. 1. lib. 2. unde quidquid dicant alii, hodie constat nulli Sacerdotum licere in Dominicis diebus & Festis duplicibus maxime de praeceto celebrare Missam peculiarem seu votivam vel de Requiem, rubricae enim Missalis sunt in Praeceto, ut scriptum in c. cum creatura n. 29. infra eodem. Fateor tamen in illis casibus in quibus Missa pro defuncto dici potest in Festis duplicibus, puta in Anniversario pro defunctis, vel in die depositionis defuncti, ut dixi in praedicta Decretali cum crea-

tura n. 23. & 26. tunc Sacerdotes eam celebrantes satisfaciatur Praeceto Ecclesiae de Missa audienda in diebus Festis, cum id faciant lege permittente, c. Qui fecerit 22. q. 4. & leges Graecibus, ff. ad l. Jul. de adulter. cavendum est tamen a modernis Collectoriis hic, dum ex Julio Lavorio de Indulg. part. 2. c. 30. n. 105. affirmant in diebus Festis posse celebrari Missas votivas ex urgenti causa, veluti pro benedictione nuptiarum & similibus, hoc enim est contra rubricam Missalis quae ponitur ante Missam pro sponso & sponsa, ubi cavetur, ut si Benedictio Nuptiarum facienda sit die Dominica vel alio die Festo dicatur Missa de Dominica vel Festo cum commemoratione sequentis Missae pro sponso & sponsa & reliqua quae pro comunione & complemento benedictionis in ea habentur.

Secundo nota hic per singulos dies non esse licitum quotidie celebrare Missam de uno Sancto, ut hic notat Butr. in 1. notab. & Abbas d. conf. 99. n. 4. lib. 2. quod adeo verum est ut nec pacto vel statuto astringi possit praebendatus ad celebrandum singulis diebus de uno Sancto, ut est textus in c. Significatum; & hic dixi in 3. notab. supra de praeb. & notat Abbas in praesalleg. conf. 99. n. 1. vers. secundo & n. 4. vers. Ex his patet. Nec obstat textus in c. & hoc attendendum de consecr. dist. 1. quia secundum Abbatem d. n. 4. non prohibet quin potius permittat Missas peculiare privatas, dummodo per eas populus a Missa solemnari non abstrahatur. Contrarium firmat Navar. d. conf. 9. n. 7. de celebr. Missar. ubi asserit licere in diebus quavis solemnibus dicere Missas peculiare de vivis, ut videmus in tota Christiana Ecclesia servari & n. 8. responder ad textum in d. c. Significatum. Sed quidquid dicat, prima opinio approbatur in Missali Romano, ubi patet Missas peculiare seu votivas tam de vivis quam de mortuis non esse celebrandas in Festis duplicibus & Dominicis diebus, ut dixi in praecedenti notabil. numero octavo; & consequenter non licet Sacerdoti celebrare quotidie de uno Sancto.

Tertio nota ex fine textus, Missam de officio currenti dicendam esse non tantum pro salute vivorum, sed & defunctorum, ut hic & in c. Visum de consecr. dist. 1. quali celebrando pro vivis celebratur etiam pro mortuis secundum Joannem Andream n. 3. in verbo defunctorum & Card. n. 1. in eodem verbo Unde, ut dicebat Hugo de Sancto Thedorio, Cardinalis ipse celebrando de Domina Nostra sciebat se celebrare pro defunctis; & celebrando pro defunctis sciebat se celebrare de Domina Nostra, cujus dictum refert Host. in fine; & secundum eum satis comprobatur hic & in c. Si quovis tempore de consecr. dist. 2. Id autem perficitur ab universa Ecclesia per preces in secundo Memento, ut innuit textus in d. c. Visum in illis verbis loco competentis, quae exponuntur a glossa, id est in Secreta Missae; & ab Archid. & Turicrem. in secundo Memento in quo dicitur isti Domine & omnibus in Christo quiescentibus &c. & censur Sacra Congregatio Concilii in terminis capituli 4. sessione vigesima quinta, ut dixi in capite cum creatura, numero 19. infra eodem.

Quarto ad consequendam Indulgentiam a Summo Pontifice Altaribus privilegiatis concessam, necesse fit in eis Missam defunctorum celebrare; an vero sufficiat aliam Missam dicere, cum alioquin in diebus Festis in quibus iuxta novum Missale non potest celebrari Missa defunctorum, non suffragetur haec Indulgentia animabus Purgatorii.

Praetertendum primo verba privilegii cujus occasione dubitatur questioni debuisset inferri, ut eidem inspectis posset congruum dari responsum, prout jubetur fieri in c. Porro de privil. & ex e. mente Divi Thomae in 4. dist. 45. q. 2. art. 3. q. 2. Vili enim privilegia diversis concepta verbis, ut audivi privilegium concessum in Ecclesia Sancti Petri, ad Altare Sancti Andreae videtur restrictum ad celebrandum de Requiem. Secundo praetertendum, posse supponi hoc privilegium fuisse conceptum sub verbis quibus ut plurimum haec privilegia concedi consueverunt, quae solent esse infra scripta, videlicet. Concedimus ut quoties Missa ad praedictum Altare celebrabitur pro anima cujusvisque fidelis quae Deo in charitate conjuncta ab hac luce migraverit, si ea de thesauro Ecclesiae Indulgentiam consequatur.

Tertio praetertendum, Celebrantem non dare nec acquirere dicte animae Indulgentiam, sed Pontificem ipsum illi animae pro qua praestatur hoc requisitum opus, Indulgentiam per modum suffragii concedere, ut denotant verba praemissa & notant saepe Doctores, ut Palud. in 4. dist. 20. q. 4. art. 3. concl. 6. Cordub. de Indulg. q. 26. nam cum concessio Indulgentiae quantum attinet ad praesentem questionem sit actus Superioritatis quam quis habet dispensandi thesaurum Ecclesiae quae residet taxata in Episcopis; & plene in Summo Pontifice secundum Divum Thomam in 4. dist. 20. q. 1. art. 4. q. 3. qui celebrat, de Ecclesiae communibus bonis solvit pro defuncto opus ac veluti pretium a Pontifice requisitum, quo soluto Pontifex Indulgentiam largitur seu concedit & hoc per modum suffragii.

